

**DIAGNOSE D'UNE NOUVELLE ESPÈCE D'UNIO
PROVENANT DE L'INDO-CHINE**

par PH. DAUTZENBERG

UNIO FRUHSTORFERI Dautzenberg.

Testa crassa, paululum distorta, valde inaequilateralis; antice breviter rotundata, postice valde producta et in rostrum compressum desinens. Margo dorsualis antica recta, postica primum recta deinde vero declivis et arcuata; margo ventralis primum rectiuscula, deinde prominens et prope rostrum leviter sinuata. Carina valida ab umbone radians, rostri extremitatem attingit. Testae superficies concentricè irregulariter striata, versus umbones et in regione postica usque ad carinam a sulcis longitudinalibus subobliquis ac valde irregularibus sculpta. Area postica transversim striata, costulam quoque radiantem fere obsoletam praebet. Valvarum pagina interna margaritacea, valdeque iridescens. Cardo valvae dextrae dentem cardinalem unicum, crassum, superne laciniatum et a fossula angusta utrinque comitatum praebet; lamella lateralis valde elongata. In cardine valvae sinistrae fossula in medio a dentibus cardinalibus duo (antico validiore) comitatur; lamellae laterales duo approximatae, valdeque elongatae. Cicatricula muscularis antica valde impressa, postica vero superficialis. Ligamentum saturate fulvum, valde elongatum ac prominens.

Color, sub epidermide fibroso fuscescente, niger. Margarita vivide rosea vel salmonea.

Habitat. Phuc Son (Annam). Récolte de M. H. Fruhstorfer, 1899.

Ph. D.